



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli  
Neapol. Societ. Iesv**

**Spinelli, Pietro Antonio  
Colonizæ Agrippinæ, 1620**

Missæ de Deipara eidem gratæ, num. 6.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60948)

cap. 31. Frater Thomas Caponus nobi-  
dis Florentibus Ordinis Minorum cum  
propter occupationes quibus ministras  
fratribus distentus fuerat, solitas preces  
antequam cibum sumeret, recitare non  
potuisset, in templum ad Aram Virginis  
Annunciatae eas recitaturus se contulit:  
verum ex Deiparae Imagine vox ad eum  
facta est, qua iuebatur ad mensam cum  
alijs accedere, & post cibum precum  
pensum persolvere; cum bona eius  
voluntas ipsi accepta esset, quippe qui  
obedientia, & charitate impeditus fue-  
rat.

*F. Thomae  
Caponus.  
Aliud si-  
mile exem-  
plum de  
F. Thoma  
Caponis.*

Cæterum de ijs, quæ ad Virginis in-  
vocationem spectare diximus, singilla-  
tim aliquid proferamus.

*I.*  
**MISSÆ DE DEIPARA,**

*eidem grata.*

**P**RIMO igitur missæ, quæ de Virgi-  
ne celebrantur eidem Virgini gra-  
te in primis sunt: licet enim, ex sacro  
Concilio Tridentino sess. 22. cap. 3. cum  
in honore sanctorum missæ celebrantur,  
soli Deo Sacerdos sacrificium offerat;  
tamen Deo de illorum victorijs gratias  
agens, eorum patrocinia implorat:  
& ideo



*Cæsarius  
Exemplū  
Sacerdotū  
quotidie  
de B Virg.  
celebran-  
tium.*

& ideo apud Sanctos vim habent maxi-  
mā. Deiparam vero missis, quæ de ea  
dicuntur, delectari his exemplis proba-  
tur. Legimus Apud Cæsarium libro 7.  
exempl. cap. 4. quendam Sacerdotem,  
nullam aliam, ut verbis eius utar, scien-  
tem missam, nisi de Beata Virgine, de ea  
quotidie celebrantem, à sancto Thoma  
Cantuariensi fuisse suspensum. cumque  
propterea Sacerdos ille animi angustia  
premeretur, & simul etiam egeret, iugi-  
ter eandem Virginem inuocabat; quæ  
eidem apparens, & sanctum Thomam  
misit, sub quo nomine, ut officium suum  
restitueret, dicere iussit. cuius rei sig-  
num dedit, quia tali hora, & loco eun-  
dem sanctum Thomam in cilicio resar-  
ciendo ipsa Virgo adiuuerat. quo audito  
S. Thomas fidem Sacerdoti habuit, ei-  
que præcepit, ut in posterum de beata  
Virgine tantum celebraret, atque pro se  
oraret. hoc exemplum refert etiam san-  
ctus Antonius 4. part. titul. 15. ca-  
pit. 2. §. 2.

*Vinc. Bel-  
uacæn.*

*Cæsarius  
Sacerdotē,  
qui B. Vir-  
ginis sacrū*

Simile exemplum Vincentius Belua-  
censis in Speculo historiali libro 7. cap.  
113. narrat. Nec dissimile est illud, quod  
affect Cæsarius libro 7. cap. 5. de Sacer-  
dote quodam Idiota, qui cum esset vica-  
rius cuiusdam Pastoris, seu Parochi, &  
missam



missam de beata Virgine, in Dominica celebrans infra octauam Epiphaniæ celebrasset, eadem in quod eius diei officium ignoraret, eaq; aduersis de causa à Pastore eiectus, propter suam tuetur. paupertatē egeret: Iussu Beatæ Virginis, quæ Pastori minaciter præcepit, ut Cappellanium suum restitueret, in eandem Ecclesiam iterum est admissus.

7 Nec silentio præteribo insigne miraculum, quod de eadem Missa Dipare à Casariis. Sacerdoti satio libro 7. cap. 24. describitur his ferè sacrū Dei- verbis; quod quidem suo tempore eue- para cele- nerat, eratq; notissimum: Ante hos, in- branti ab- quit, annos, cum Catholici contra Albi scissa ab- genses Hæreticos fuissent signati, & non mo- hæreticis dicū ab iisdem Catholicis hæretici illi essent lingua per exacerbat; duo honesti Clerici per terram eam resti- illorum transiit, cum Ecclesiam vidis- tuitur. sent in via desolatam, ait unus alteri, Sab- batum est intremus Ecclesiam hanc, dica- mus missam in honorē Domini nostra (por- tabunt enim secum librum, calicem, & in- dumenta sacerdotalia.) Antequam esset missa completa hæreticis proditi sunt, qui armati manus intrantes, & Sacerdotem de Ecclesia trahentes, linguam eius radicibus absiderunt, quem socius enim multo labore Cluniacum deduxit, ac monachis cōmen- dauit. Illi vero vixit Catholicis, & religiosi Sacerdotem Catholicum, & notum propter



fidem Christi, & Genitricis eius honorem  
 tam crudeliter mutilatū deuotè suscipiētes,  
 omnem ei humanitatē exhibuerunt. In no-  
 tō verò Epiphania, cū solennes decanta-  
 rentur vigilia, baculo parietē pulsans mini-  
 stros vocat, in Oratorium se deportari vel-  
 le signat: deductus, & ante altare quodā cō-  
 sistens misericordia matrē tora mentis deuo-  
 tione inuocat. At illa eidem apparuit, carnē  
 lingua formam habentē in manu tenens re-  
 spondit oranti: Quia propter fidem filij mei,  
 & honorē mihi exhibitū lingua tua prina-  
 tus es, ecce nouam tibi restituro; aperi ergo  
 os tuum, & digitis ori eius immisissis radici  
 lingua praecisa eandē carnem coniunxit, sicq;  
 disparuit. Qui mox in laudis vocem erum-  
 pens, clara voce eum Angelo clamauit, Ave  
 Maria gratia plena, vsq; ad finem: quā sa-  
 lutationē crebrò repetebat. stupentes accur-  
 rerunt ministri, & de Choro Monachi de  
 tanto miraculo Deum, eiusq; Genitricem  
 glorificantes; Ille accepti beneficij nō imme-  
 mor, in eodem coenobio factus est monachus:  
 cum aut Ioannes Scholasticus Xantē sis cir-  
 ca idem tempus in Prouincia Albigensum  
 cum exercitu Catholicorū esset, audiens de  
 tanto miraculo in reditu Cluniacum adiit,  
 & dictum monachū cōuenit, ab eodem rem-  
 gestam audiuit, viditq; linguam, qua reli-  
 qua carne erat candidior, & in loco prae-  
 sionis

Luc. 1.

Ioan. Scho-  
 lasticus  
 Xanthēsis.



tionis seruabat cicatricem, cuius miraculi testis est uniuersus Cluniacensium conuentus usq; hodie. huc usque Cæsarius, qui à Ioanne Xanthensi testioculato hæc se accepisse narrat.

Apud eundem Cæsarium lib. 7. c. 39. Vualterus de Birbach Virginis deuotissimus, cuius mentionem feci cap. 36. ieiunijs, elemosynis, & missis, quas celebrari curabat, Deiparam honorare studebat. Is cum miles esset strenuus, & aliquando cum alijs militibus ad torneamentum quoddam properaret, præteriens per quoddam Templum, comites suos ad missam audiendam inuitauit, quod cum recusassent verentes, ne tardius peruenirent, ipse alijs recedentibus missam de B. Virgine cantari curauit; oblationemque fecit, qua peracta suum iter est persecutus: audiensque à pluribus ludum torneamenti inchoatum, & Vualterum de Birbach fortiter se gerere, omnibusq; præferri, & ab omnibus laudari: magno stupore captus est intellexitque B. Virginis pietate factum esse, ut eius absentia propter obsequium erga eandem exhibitum mira quadam virtute, & eum sua maxima apud Com-

militones gloria supereretur.

P 2 / PRECES.

*Cæsarius.  
Sacrum B.  
Virginis  
audiens  
Vualte-  
rius sum-  
mum in  
torneamē-  
tis locum  
eodem  
tempore  
obtinere  
videbatur*

onorem  
cipiētes,  
In no-  
ecanta-  
s mini-  
ari vel-  
modā cō-  
is deuo-  
t, carnē  
ens re-  
lij mei,  
prua-  
eri ergo  
radici  
cit, sicq;  
erum-  
it. Ave  
quā sa-  
accur-  
ach de  
tricem  
imme-  
achus:  
sis cir-  
ensum  
iens de  
adijt,  
m rem  
e reli-  
praci-  
sonis